

EPISTULA LEONINA

CXXXIX

HEBDOMADALE
PERIODICUM LATINĒ SCRIPTUM,
QUOD ĒDITUR
E DOMO EDITORIĀ INTERRETIALI
CUI NOMEN EST
LEO LATINUS



<http://www.leolatinus.de/>

N.B.! EPISTULAS LEONINAS ACCIPIS **GRATIS** ET **SINE ULLĀ OBLIGATIONE**. NAM LEO LATINUS PUTAT HOMINIBUS LATINAM LINGUAM DISCENTIBUS AUT DOCENTIBUS CORDI ESSE VERBA LATINA. **SI TAMEN TALES EPISTULAS ACCIPERE NON VIS, RESCRIBE HOC NOBIS: TUM STATIM NOMEN TUUM EX INDICE ACCEPTORUM TOLLEMUS.**

HŌC TEMPORE DUO FERĒ MILIA HOMINUM LATINĒ DOCTORUM ACCIPIUNT EPISTULAS LEONINAS ELECTRONICĒ MISSAS. EPISTULAS LEONINAS **I-CXXXVIII** INVENIES IN INTERRETI SUB HAC INSCRIPTIONE, QUAE SEQUITUR:

<http://ephemeris.alcuinus.net/leonina/>

MAXIMĒ ID CURAMUS, UT COPIAM VERBORUM LATINORUM CONVENIENTER AUGEAMUS ET TEXTŪS MODERNOS CUIUSVIS ARGUMENTI QUAM OPTIMĒ IN LATINUM SERMONEM CONVERTAMUS.

ROGATUR, UT MANUSCRIPTA MITTANTUR VIĀ ELECTRONICĀ. MENDA SIVE GRAMMATICA SIVE METRICA, QUOAD FIERI POTEST, TACITĒ TOLLUNTUR.

EN HABES EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM UNDEQUADRAGESIMAM (139) !

ARGUMENTA

DE FRAUDE CLIMATICA (I)	03-34
1. DONALDUM SE ABDICARE CONVENTO PARISIENSI.....	06-07
2. ANGELAM CLIMA TUTARI VELLE MATRIS NOSTRAE CAUSA.....	08-10
3. NUNTIUS ANGELAE MISSUS.....	11-13
4. MICHAEL LIMBURG: »TUTELA CLIMATIS EST IDEA ABSURDA«.....	14-34

**LEO LATINUS OMNIBUS HOMINIBUS LATINITATEM AMANTIBUS
SAL.PLUR.DIC. S.V.B.E.E.V.**

Cara Lectrix, Care Lector,

maximê gaudeo, quod mihi licet Tibi offerre Epistulam Leoninam centesimam undequadragesimam.

*Hanc Epistulam Leoninam si perleges, certior fies de »scandalo scientiarum omnium maximo necnon scandalo oeconomiae paedagogiaeque«. Agitur autem **DE FRAUDE CLIMATICĀ**, i.e. de sententiâ climatis hominum culpâ mutati, quam esse fraudulentam **Professori Radulfo Tscheuschner** physico necnon aliis hominibus rerum naturalium doctis persuasum est.*

*Si crederem politicis gubernationis nostrae diurnariisque illorum scriptorculis aulicis, crederem consensu omnium doctorum terram calefieri effectu carbonei dioxydati ab hominibus peccatoribus in atmosphaeram emissi. At cum sescenties deceptus illis credere iam pridem desierim, Tibi, cara Lectrix, care Lector, pandam sententias **eorum** hominum doctorum, quae a politicis diurnariisque solent praetermitti... **AUDIATUR ET ALTERA PARS!** Legas, quaeso: miraberis. Nam tales scientistae neque pauci sunt neque parum docti... Nec desunt quidam diurnarii, qui, cum sanâ mente criticâ sint, fraudem climaticam respuere ausi sunt. Eorum quoque opiniones addam.*

*Quae cum ita sint, hanc Epistulam Leoninam 139 tolle et lege et laetare et ... **pancraticê vale et perge mihi favere!***

Medullitus Te salutat

Nicolaus Groß



<http://www.leolatinus.com/>


LEO LATINUS

**Senden ex oppidulo Bavariae Suebicae,
die Saturni, 12. m.Aug., a.2017**



ET MITTUNT EOS IN CAMINUM IGNIS. IBI ERIT FLETUS ET STRIDOR DENTIUM.

MATTHAEUS 13, 41sq. Mittet Filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniquitatem: et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium.



DE FRAUDE CLIMATICA¹



SCANDALO SCIENTIARUM OMNIUM MAXIMO

NECNON SCANDALO OECONOMIAE

PAEDAGOGIAEQUE

ALIIS LUCROSO ALIIS DAMNOSO

**MUNDUS VULT DECIPI:
ERGO DECIPIATUR.**

PARS PRIMA (I)

¹ fraus *climatica i.q. theod. *Klimaschwindel*.

»*Scientistae*² *nequaquam inter se consentiunt mutationem climatis*³ *ab hominibus effici. His mille scientistis duo intersunt Germani, Professor Gerlich et ego ipse, qui scripserunt commentationem, c.t. Falsificatio physica effectuum thermocephicorum*⁴, *qui in atmosphaerâ fieri dicuntur propter carboneum dioxydatum*⁵. Nulli sunt mechanismi physici, quibus carboneum dioxydatum vim habeat ad clima mutandum, et sententia, secundum quam temperatura terrae media dicatur augeri posse carboneo dioxydato ab hominibus emisso, ratione scientificâ non solum non demonstrari potest, sed est etiam *f a l s a* ...immo equidem ipse non dubito quin hac (sententiâ publicê comprobâtâ) *scandalon scientiarum effectum esse maximum omnium temporum...* Necnon agitur de *scandalo politico, oeconomico, paedagogico uno ex maximis – paedagogicum quoque est eo, quod in scholis discipuli imbuuntur rebus falsis...*«

Prof.Dr. rer.nat. Ralf D. TSCHEUSCHNER⁶

² *scientista, -ae m. i.q. theod. *Wissenschaftler*.

³ theod. *Klimawandel*

⁴ effectus *thermocēpicus i.e. theod. *Treibhauseffekt*. cfr. ngr. θερμοκήπιον i.q. theod. *Treibhaus*.

⁵ carbōneum dioxydātum i.q. theod. *Kohlen(stoff)dioxyd*.

⁶ orig.: Prof.Dr. rer.nat. Ralf D. TSCHEUSCHNER <https://www.youtube.com/watch?v=4xep6MvyUT8> "Es kann von einem Consensus über den *menschgemachten Klimawandel* keine Rede sein. Unter diesen 1000 Wissenschaftlern sind 2 Wissenschaftler aus Deutschland, Prof. Gerlich und meine Person, die eine Arbeit geschrieben haben: *Die Falsifizierung der atmosphärischen CO2-Treibhauseffekte im Rahmen der Physik*. Es gibt keine physikalischen Mechanismen, nach denen CO2 (Kohlensäure) das Klima beeinflussen könnte, und für die Behauptung, dass die von Menschen verursachten CO2-Emissionen die mittlere Temperatur der Erde erhöhen könnten, gibt es nicht nur keine wissenschaftlichen Beweise, sondern sie ist auch *f a l s c h* ...Ich würde sogar ganz persönlich davon ausgehen, dass es sich um den größten Wissenschaftsskandal aller Zeiten handelt. ... Es ist auch einer der größten politischen, wirtschaftlichen und pädagogischen Skandale - pädagogischen Skandale deshalb, weil den Schülern in den Schulen Falsches beigebracht wird..."

DONALDUM TRUMPIUM SE ABDICARE CONVENTO PARISIENSI

<https://www.youtube.com/watch?v=SDx2Fc-T6Y8>



CBS News June 1, 2017, 6:19 PM

»...Ego pugno omni die pro magno populo huius terrae. Itaque, ut expleam officium meum solemne, quo protegam Americam eiusque cives, Civitates Unitae se abdicabunt *Convento Climatis Parisiensi*. (*applausus*). Gratias vobis ago. Sed incipiemus denuo agere aut de convento Parisiensi aut de prorsus novo negotio, quod erit condicionibus, quae sunt aequae erga Civitates Unitas, earum oeconomiam, operarios, homines, vectigalium solutores ... «



?



ANGELAM MERKEL CLIMA TUTARI VELLE TELLURIS MATRIS NOSTRAE CAUSĀ

<https://www.youtube.com/watch?v=De1TyZs6gx0>

<https://www.cdu.de/artikel/merkel-will-klimaschutz-fuer-unsere-mutter-erde>



»Quod Civitates Unitae Americae decreverunt, ut se abdicarent convento Parisiensi, est maximê dolendum – his verbis cum utor, rem exprimo permodicê.

Conventum enim Parisiense nunc haud minus quam prius est unum ex munimentis praecipuis cooperationis terrarum mundi necnon hoc conventum est condicio sine quâ non assequemur illa „AGENDA 2030“, i.e. Nationum Unitarum Scopos Sustentabilis Evolutionis Socio-oeconomicae et oecologicae¹.

Itaque nunc – postquam hesterno vespero de hac re certiores facti sumus ab administratione Americanâ – oportet animo firmo prospicere in tempus futurum.

Hoc decretum nos omnes, quibus cordi est terram tutari, neque poterit remorari neque remorabitur.

Immo, nos in Germaniâ et in Europâ et in mundo animis firmioribus quam umquam antea omnes vires colligamus, ut provocationes

¹ angl. *Sustainable Development Goals*.

universi generis humani², qualis est mutatio climatis, accipiamus et superemus optimo cum successu.

Egimus hōc Convento Parisiensi, ut conservemus creationem huius mundi.

Nihil poterit remorari nihilque remorabitur nos hoc facientes et nos – hoc dico nomine gubernationis foederalis et Germaniae – officia nostra ex hōc convento exorta ad effectum adducemus, imprimis quod spectat ad sumptūs climatis, quibus solvendis adiuvandae sunt terrae huius mundi egenissimae maximēque vulnerabiles, nam alioquin eadem terrae provocationes, quae oriuntur climatis mutatione, non poterunt superare.

Ea quae protocollo Berolinensi et conventionē climatis marginali et convento Kiotiensi plus viginti annis ante inchoavimus et quae Parisiis saltu quadamtenus quantico³ historico continuavimus, evadent in successum felicem.

Dubium non est, quin istud iter sit lapidosum. Equidem istud ex illo tempore, quo ad rem publicam accessi, iterum iterumque experta sum. At mihi hos plus viginti annos memoriā revolventi persuasum est hoc iter esse irremeabile.

Itaque animus meus commotus est inflammatusque, quia animadverti, quot greges et res publicae et instituta – ipsis in Civitatibus Uninitis Americae – nobiscum hoc iter facere velint. Necnon hoc iter unā faciemus.

Germania in urbe Bonnae mense Novembri instituet conferentiam climatis. Terra hospitans erunt *Insulae Vitienses*⁴, quae sunt una ex parvis illis civitatibus insularibus, quae valdē sperant rem meliorem factum iri et quibus urgentissimē necessarium est mutationem climatis impugnari.

Germania Insulas Vitienses hanc conferentiam praeparantes in secretariatu climatis internationali fortiter adiuvabit; nos id unā cum Francogalliā faciemus.


² orig. *Menschheitsherausforderungen*.

³ orig. *historischer Quantensprung*. Haec metaphora stulta atque iam detrita non est digna homine disciplinae physicae docto. Nam is, qui sciat *saltum quanti* esse mutationem energiae perparvulam, quonam sensu cum eo saltu comparat mutationem enormem et extraordinariam? Nonnulli nunc “saltum quanticum” habent pro “verbo Iani”: <https://de.wikipedia.org/wiki/Quantensprung> <https://de.wikipedia.org/wiki/Januswort>. Tamen sunt alii, qui hanc metaphoram defendant: <https://scilogs.spektrum.de/sprachlog/quantensprung-in-der-platte/>

⁴ Insulae Vitiēnsēs. orig. *Fidschi-Inseln*, angl. *Fiji Islands*. cfr Die Forschungsreise S.M.S. „Gazelle“ in den Jahren 1874 bis 1876: 4. Teil, Berlin 1889, p.44: Insulae Vitienses.

Heri de hac re collocuta sum cum *Emmanuele Macron* praeside Francogalliae: A Conventu Parisiensi mense Novembri ad conferentiam progressuri iter pergemus, ut conventum ad effectum adducatur.

Omnibus, quibus fortuna planetae nostri cordi est, dico hoc: Unâ iter pergamus, ut optimo cum successu studeamus **TELLURI MATRI NOSTRAE SERVANDAE**«⁵.



?

⁵ orig.: „Allen, denen die Zukunft unseres Planeten wichtig ist, sage ich: ‚Lassen Sie uns gemeinsam den Weg weiter gehen, damit wir erfolgreich sind für unsere Mutter Erde‘“. Ecce cultus Telluris aut Magnae Matris renovatus, ecce novum quoddam genus chthonoduliae!

cfr <https://www.youtube.com/watch?v=ZrymGw7Qi5o> "Deutschland hat ein schmutziges Geheimnis": CNN macht Merkel schwere Vorwürfe

NUNTIUS DOMINAE DOCTRICI ANGELAE MERKEL MISSUS

https://www.youtube.com/watch?v=UK4PMA_WgCw

Dr. Wolfgang Thüne – ipsius ZDF quondam meteorologus a.2008 hunc nuntium „irretivit“, i.e. interreti imposuit⁶.



Domina Doctrix Merkel maximê honorabilis,

verisimile est me tibi ignotum esse – studui meteorologiae pernoscendae, fui meteorologus Germanicae Administrationis Tempestatis⁷, annis 1971-1986 in ZDF (*Secundâ Statione Germaniae Televisificâ*) moderatus sum relationi tempestatis habendae – ergo ante Germaniae readunationem. Te autem ipsam alloquor, quia tu *tutelam climatis* fecisti rem rationis tuae politicae gravissimam summisque viribus studes mutationem climatis sistere et impedire, ne temperatura toto in globo terrae magis augeatur quam duobus gradibus Celsianis et alia similia plura.

Tu scis – ut es physica, ut es physica ad doctricis gradum promotâ, ut es physica nuclearis – neque esse *effectum thermocephicum*⁸ neque terram calefieri posse, quia nullum corpus calefieri possit energiâ, quam ipsum eradiavit, quae corpori ipsi insit. Necnon scis verbum

⁶ irretire cfr CIC.Mil.54 cum paenula irretitus, ...uxore paene constrictus esset. id. Tusc.2,20 haec (sc. Deianira) me irretivit veste furiali. Irretire significat aliquid reti capere, praesertim adhibetur sensu metaphorico. Quidni utamur hōc verbo ad actionem appellandam, qua informationes interreti imponantur (*angl. posting*)?

⁷ orig. *Deutscher Wetterdienst*.

⁸ effectus *thermocēpicus i.q. *Treibhauseffekt*, *angl. greenhouse effect*. cfr ngr. θερμοκήπιον i.e. theod. *Treibhaus*, *angl. green house*.

*calamitatis climaticae*⁹ esse tam absurdum, ut dignum sit nomine, quod est *verbum huius anni* sive potius *huius decennii absurdissimum*¹⁰. Certê iam vidisti *photographemata infrárubra* sive *thermographemata*¹¹ satellitibus facta, quae facta sunt superficie terrae photographandâ et quae fieri non possent si radiatio terrae thermica in altitudine sex chiliometrorum impediretur et reciperetur; reverâ autem radiatio terrae thermica liberê evolat in universum. Eâdem autem de causâ omni nocte radiationis clarâ tempestas est valdê frigida et nunc autumnali tempore claris quoque noctibus imminent frigora noctis priora. Clima est magnitudo, quae computatur ratione statisticâ, media temperatura, media venti velocitas, media âeris umiditas, mediae praecipitationes – hi valores sunt statistici, non reales. In atmosphaerâ res realis non est nisi tempestas, quam experimur regionem pressionis superioris aut inferioris, sed numquam experimur valorem pressionis superioris et inferioris medium – talis nominum combinatio spectavit ad quandam societatem structoriam, quae decoxit¹². Homo non est tantâ magnitudine, non est tantâ potestate, non est tantâ vi necnon est tantâ energiâ, ut effectum habeat ad circulationem generalem. Homo non potest mutare zonam tropicam, zonam subtropicam, zonam venti occidentalis, zonas polares, non potest imperare, quomodo fluant fluentia altitudinis, quam fortes sint regiones pressionis inferioris, quam viam ingrediantur, et alia huiusmodi. Haec omnia homo non potest. Homo, ubicumque terrarum versatur, nihil facere potest nisi quam optimê tempestati se accommodare. Itaque *tutela climatis* est onus, quo civis multum pecuniae solvens pauperescat¹³, sed tempestas nequaquam mutetur necnon nulla spes expleatur. Haec omnia tu scis - et tamen tu flagitas, ut populus operam det immensam ad clima tutandum, quamvis mentis tuae compos noveris tempestatis ipsius mutabilitatem numquam mutatum iri.

Scilicet timorem calamitatis climaticae esse timorem prorsus inanem. Omni die a tempestate possumus illudi, potest venire regio pressionis inferioris, qua efficiantur procellae et fulgura et tonitrua et grandinationes, quibus messes deleantur, hoc intra aestatis spatium

⁹ calamitas *climatica: orig. *Klimakatastrophe*.

¹⁰ orig. *Unwort des Jahres oder des Jahrzehnts*.

¹¹ orig. *Infrarotaufnahmen oder Wärmebildaufnahmen*.

¹² Wolfgangus Thüine hōc loco iocosê alludit ad quandam societatem structoriam (*Baugesellschaft*), cui nomen fuit *Hoch- und Tiefbau*.

¹³ pauperescere i.q. pauperem fieri. cfr ARNOB.in psalm.,30 pauperescunt vires eius.

semestre fieri potest omni die – at ratione theoreticâ absolutê fieri non potest *calamitas climatis!*

Quae cum ita sint – antequam etiam erogabuntur miliardae euronum, ut carboneum dioxydatum sequestretur, ut humo imprimatur, quamquam tam urgenter a plantis egetur in atmosphaerâ – antequam haec pergant fieri, oportet tu colloquium petas cum meteorologis habendum, neque cum physicis, qui alicui mundi imagini dediti ab actionibus naturalibus sunt prorsus seclusi atque alieni.

**HAEC HACTENUS NUNTIUS VOLFGANGI THÜNE
DOCTRICI ANGELAE MERKEL CANCELLARIAE
FOEDERALI REI PUBLICAE GERMANICAE MISSUS.**

»TUTELA CLIMATIS EST IDEA ABSURDA«¹

Michael Limburg ingeniarius academicus instituti EIKE
a *Iasminâ Kosubek* interrogatus. In Latinum convertit
LEO LATINUS.



MICHAEL LIMBURG
Ingeniarius academicus et
director vicarius instituti EIKE²

Jasmin Kosubek: Iam ex tempore longiore non tractatum est clima sive potius climatis mutatio. Nunc cum *Donaldus Trump* conventum climatis Parisiense recusaverit, thema climatis denuo est in ore omnium. Inde nobis est occasio hanc rem aliquatenus criticê perquirendi. Obiter adnotem conventum climatis a Trumpio numquam esse renuntiatum, - neque Trumpium e convento excessisse – nam Congressus Civitatum Unitarum hoc conventum numquam ratificaverat. Hoc obiter dixerim. Sed mutationem climatis criticâ ratione perquirere velim unâ cum Domino Ingeniario academico *Michaele Limburg*. Tu es vicepraeses Europaei Instituti Climatis et Energiae (EIKE) necnon reprobas thesin mutationis climatis

¹ <https://deutsch.rt.com/programme/der-fehlende-part/52127-michael-limburg-klimaschutz-ist-absurde-idee/>

Michael Limburg: "Klimaschutz ist eine absurde Idee" 9.06.2017 • 21:00 Uhr.

² EIKE i.e. Europäisches Institut für Klima und Energie.

anthropogena³. Tua verba afferō, quae sunt: „*Haec res nihil est nisi fraus.*“⁴ Breviter comprehendas, quaeso, secundum tuam sententiam qualis sit thesis mutationis climatis anthropogena³ et nobis hîc eam refutes.

Michael Limburg: Scilicet difficile sit hoc paucis verbis explicare, quia non fit nisi is, cui explicatur, cognita habet nonnulla fundamentalia. Equidem nunc rem sic explicabo, quasi auditores hac sint scientiâ imbuti. Ut breviter dicam: De mutatione climatis non potest iudicari, nisi bene nôta sunt praeterita. Ergo non licet ultro dicere: ‚Nunc tempestas est perquam calida‘ - scilicet calore 30 graduum homines non ita bene se habere nisi temperaculo aërio⁵ usos aut veste Bicinianâ vestitas – sed temperatura comparanda est cum temperaturis prioribus. Si hoc feceris, animadvertes te celerrimê attingere ad limites technicae mensoriae, quia utensilia temperaturam mensurandi praecipua, quae sunt thermometra etc., anemometra et similia, novâ demum aetate et novâ aetate recentiore inventa sunt. Ergo totius terrae temperaturae mensurari non possunt nisi ex eo demum tempore, quo satellites adhibentur. Totum globum terrestrem considerans animadvertes temperaturas mutatas esse, factam enim esse quandam calefactionem. Sed ex indiciis temporis praeteriti, quibus indicantur spatia calidiora et spatia frigidiora, clarê patet clima iam semper mutatum esse. Cogita de terribilibus aetatibus glacialibus, quae – cum grano salis - centesimo millesimo quoque anno terrae imminent, et cogita nunc de aetatibus calidis -

JK At sunt etiam aetates glaciales minores! – Hoc quoque spectat ad clima –

ML Sunt aetates glaciales maiores et minores – cogita de aetate calidâ Romanorum – Romani enim Imperium suum expugnaverunt gunnulis⁶ brevibus sandaliisque induti – Hannibal elephantibus suos per Alpes egit – hoc fieri non potuisset, nisi illâ aetate tempestas fuisset perquam commodê calida – multo calidior quam hodie. Altera autem

³ *anthropogenus i.q. ab hominibus effectus. Suffixum huius verbi graecanici est latinizatum.

⁴ orig. „*Das ist doch alles ,n Schwindel.*“

⁵ temperaculum aërium [1.APUL.flor.6], orig. *Klimaanlage*, angl. *air conditioner*.

⁶ gunnula, -ae f. *Röckchen*.

res est aetas glacialis, aetas glacialis minor, qua Viccingi⁷ fugati sunt e Grenlandiâ⁸, unde iis fugiendum fuit, quia non iam fieri potuit, ut agros et pecora colerent, et haec aetas glacialis minor facta est ferê usque ad annum 1850.



Milites Romanos Imperium expugnasse gunnulis et sandaliis vestitos


Temperaturis prioribus et recentioribus inter se comparatis apparet calefactionem hodiernam non perquam magnam esse neque perquam celerem. Nunc autem quaerendum est: Estne haec calefactio ab homine effecta? Nos autem dicimus: ‚Huius rei non est indicium’. Scilicet fingi posse hypothesein, qua calefactio dicitur effici carboneo dioxydato. Nemo negat carboneum dioxydatum habere quasdam qualitates ad lucem infrârubram spectantes (quas alia quoque gasa habent), sed nulla est correlatio inter temperaturam et concentrationem carbonei dioxydati in atmosphaerâ valentem.

⁷ Viccingī, -ōrum m.pl. cfr DUCANGE, Glossarium ad scriptores mediae et infimae Latinitatis, tom.II. col. 1449: “VICCINGI, appellati Dani Rerum Anglicarum Scriptoribus, ait Camdenus, quod piraticam exercerent: *Biccingar* enim Saxonica lingua, teste Alfrido, piratam denotat. *Viccingos* autem vocat, quos Dani hodie *Bitinger*. Vide Olaum Wormium ad Monumentum Tirstadense”.

⁸ +Grenlandia, -ae f.: cfr Caspar Bartholinus, De aquis, a.1621, cap.VIII De glacie: "...Non tamen adeo dense, ut Mare Boreale, circa Gronlandiam et recens inventam Grenlandiam, ubi in nuperis navigationibus Dani prehenderunt glaciei crassitiem tantam, quae instar profunditatis alicuius maris, explorari non potuerit”.



Viccingos in Grenlandiae litore agriculturam fecisse,
sed postea frigore exacto fugatos esse



Culturae, quae in Grenlandiâ fuerunt annis 900, 1100, 1300, 1500. Vicingii (rubro colore significati) litora incoluerunt inter annos 980 et ferè 1350.

JK Nonne haec est paululum...

ML At ea tantum valet. Non enim agitur de emissionibus carbonei dioxydati (de quibus mox loquar), sed de concentratione.


JK In atmosphaerâ?

ML In atmosphaerâ. Haec autem concentratio augetur –

JK - scilicet –

ML Nunc ego sciscito, num tu in scholâ animum attenderis –

JK Verisimile est me non –



Vide ex quibus gasis atmosphaerâ composita sit et quantis portionibus. Duodeoctogena partes centesimae (78%) sunt nitrogenii, vicena unae (21%) oxygenii. Restat una tantum pars centesima (1%), cuius pars maxima est argon gasum nobile (0,93%), pars perparvula (vide colorem viridem) est carboneum dioxydatum : 0,04 (zero – virgula – zero – quattuor) partes centesimae!

ML Quantum carbonei dioxydati est in atmosphaerâ?

JK Heus, ego – ita – At hoc puto me novisse – Scilicet inesse paucas tantum partes centesimas –


ML (*ridet*) --- Ut dicam aliter: Sunt exactê 0,04 (zero – virgula – zero – quattuor) partes centesimae. 0,04 – scisne calculo mutato dicere, quot moleculae carbonei dioxydati insint decem milibus molecularibus âeris? Dicam: 10.000 (Decem milibus) molecularum âeris insunt quattuor moleculae carbonei dioxydati.

JK Hôcine tempore?

ML Hôc tempore. Ante 150 (centum quinquaginta) annos, ut putatur – hoc quoque non certê scitur – fuerunt ferê tres moleculae. 280 ppm (ducentenae octogenae partes milionesimae), ergo tres ferê moleculae.

ML Haec una molecula adest procul dubio -

JK Estne haec molecula ab hominibus effecta?



Vide, quantae copiae carbonei dioxydati uno anno emissae sint in toto globo terrestri: 800 Gt (octingentae gigatonnae, i.e. octingentae miliardae tonnae). Earum emissionum 3,5% (tres – virgula – quinque) partes centesimae sunt anthropogenae (ab hominibus effectae), i.e. 28 Gt (duodetriginta gigatonnae).

ML Haec est altera quaestio magna. Certê scimus altero bello mundano finito productionem industrialem ubique terrarum auctam esse, sicut prosperitatem oeconomicam, non sâlum energiâ efficiendâ, sed etiam in transportatione aliisque rebus multis, eâdemque de causâ emissiones carbonei dioxydati vehementer esse exauctas et adhuc exaugeri. Proxima quaestio est: Quantum carbonei dioxydati emissi remanet in atmosphaerâ? De hac autem quaestione docti inter se

dissentiunt, alii dicunt in atmosphaerâ remanere binas tantum centesimas partes, alii quinquagenas, et omnis eorum habet indicia sat multa, quibus demonstret numeros suos aliquatenus quadrare. Nonnulli autem sic cogitant: Quia carboneum dioxydatum emissum in atmosphaerâ tantopere accumulatur, hanc rem necessario esse causam calefactionis. Illi vehementer negant causas esse posse prorsus naturales. At paulatim fit, ut istorum propugnacula dissolvantur, ---

JK Quare causae naturales negantur? Nonne est effectus thermocepicus⁹ naturalis? Quae iam pridem commemorabatur.

ML Illi simulant nos habere ius climatis vel potius temperaturae (ferê semper tantummodo agitur de temperaturâ) constantis, i.e. non mutabilis. At climate temporum praeteritorum considerato discimus rem esse prorsus contrariam: Clima iterum iterumque mutatum est ex illo tempore, quo huic planetae inest atmosphaera, i.e. ex tribus ferê miliardis annorum. Ut dicam breviter: Nullam invenimus correlationem inter concentrationem carbonei dioxydati et temperaturam mediam in terrâ valentem – de quâ multa quoque dici possunt – si clima praeteritum perquirimus, sive per spatium breve sive medium sive longum. Correlatio est condicio sine quâ non est cohaerentia inter duas magnitudines, est condicio necessaria, sed nequaquam est argumentum, quo cohaerentia demonstretur.

JK At nunc videntur scientistae inter se consentire mutationem climatis ab hominibus esse effectam carboneo dioxydato emisso. Hancine hypothesin his verbis nimis simpliciter explicavi an est haec hypothesis eadem, ad quam provocant conventum Parisiense et protocollum illud Kiotense etc.?

ML Haec autem thesis compluribus rationibus est falsa.


JK Ita, hoc quidem tu vituperas, quod haec hypothesis, quae posita est ex variis imaginibus speculativis¹⁰ –

ML Licetne respondere quaestioni tuae?

⁹ effectus *thermocēpicus, i.q. theod. *Treibhauseffekt*, angl. *greenhouse effect*, cfr supra p.10, adn. 8).

¹⁰ imāgō speculātīva theod. *Modell*. [2. cfr BOETH. In Porphy. Dial.1, p.2: philosophia speculativa].

JK Velim interponere quaestionem, quia tu dicis hanc hypothesin ex variis imaginibus speculativis positam non esse veram, i.e. imagines ipsas quoque non esse veras. At unde scis aut quare tua antithesis, quae certê etiam ex imaginibus est posita, quare haec tua est recta?



**Lex energias renovandi: gladius acer ad pugnam tutelae climaticae augendae aptus
Reformatio a.2012 – 2014 – 2016 facta.**

ML Ita non est. Primo dixisti scientistas de hac re inter se consentire. At in scientiis consensus – etiamsi talis esset, sed consensus scientistarum in hac re non est – non habet vim demonstrativam. In scientiis non valet democratia neque ius maioris partis. *Albertus Einstein* aliquando, cum sibi dictum esset ducentos scientistas arios theoriam suam relativitatis reprobare, lepidê respondit: „Unus tantum sufficeret, si iustê reprobaret“. Ergo in scientiis necessaria est probatio aut probatio contraria, ut theoria refutetur, sed arbitrium partis maioris est omnino inutile atque inane. Altero loco non verum est scientistas inter se consentire de causâ anthropogenâ. In orbe terrarum aliquot milia scientistarum sunt res climaticas tractantes, i.e. geologi, meteorologi, physici, qui prorsus dissentiant a consensu, qualis esse dici solet. Tertio autem loco dicendum est: Nos non operamur imaginibus speculativis. Nos operamur nullâ re nisi realitate. Nos consideramus res tempore praeterito factas et videmus iam semper mutatum esse clima et quaerimus, quonam – malum! – modo fieri

possit, ut carboneum dioxydatum subito tale sit, quale prius non fuerit? Hoc ratione physicâ fieri prorsus non potest.

JK Nonne ex rebus praeteritis derivas prognoses rerum futurarum? Hoc quidem est id quod alii – si hoc licet dicere – faciunt?

ML Hoc est prorsus impossibile! Clima est systema chaoticum. Necnon ipsum IPCC in relatione suâ tertiâ dixit: „Chaotica systemata“ – dicam nunc brevius – „*de facto* non possunt praedici.“ Hic est status rerum cognitarum. Hoc omnes sciunt, tamen conantur praedicere talesque praedictiones non appellant prognoses, sed *scaenaria*. Illi quodammodo eiusdem infantuli nomen mutant, pro uno nomine ponunt alterum. At sive infantulus vocatur *Karl-Egon* sive *Egon-Karl* – îdem semper manet îdem infantulus. Ergo illi conantur prognoses facere – fingunt quasdam hypotheses, multum pecuniae erogant, utuntur summo mentis acumine – tamen apparet talibus imaginibus climatis speculativis neque rectê describi posse clima praeteritum neque praesens neque ullo modo clima futurum – quantum idem iam experti sumus, - triginta enim anni iam sunt transacti. Ergo nos ipsi aspectamus res transactas et conamur aliquatenus definire causas, quibus mutationes sunt factae. Hoc numquam certum est, sed nihil nisi consideratio probabilitatis. Deinde dicimus: ‚Si hoc convenit, satis verisimile est hoc etiam in futuris factum iri.‘ Sic nos operamur et sic generaliter operari oportet, nam imagines climatis speculativae – ut iam dixi – nullâ fide sunt digna et mente confictae sunt, ut per ambages computatrales demonstretur carboneum dioxydatum vim habere ad calefactionem. Hic est unicus modus, quo illi student hypothesin suam probare dicentes: ‚Hoc in naturâ fieri cum demonstrare non possimus, demonstramus hoc numericis imaginibus climatis speculativis‘.

JK At quaenam causa esse possit, qua mutatio climatis a politicis diurnariisque verbis tam vehementer efferatur? Quinam inde lucrum accipiat?

ML Puto tuam quaestionem esse rhetoricam – nonne?

JK Intellego quidem rem industrialem vehementer fovendi posse eo quod commendentur energiae innovabiles, sed sentio, si –

ML Hoc parum rectè intellegis, excusa –



Investigatores climatis aut lucricupidine aut sinceritate affecti:
 In stellis: munera honoresque - gloria – pecuniae publicae investigatoribus oblatae
 Investigator sinister: "Collega, repete verba mea: 'Clima globale calefit culpâ hominum!'"
 Investigator dexter: "At hoc non potest probari ratione scientificâ!"

JK At oportet respicias magnas negotiationes olearias hac in re magnam habere vim, futurumque fuisse, ut eadem priores cuperent thesin climatis mutati revidere; at quantum scio, tu nondum accepisti magnam assignationem pecuniariam ab aliquâ negotiatione oleariâ – fortasse adhuc talem exspectas – ergo verisimile est negotiatores olearios abhorrere a thesi mutationis climatis anthropogenaе. Cuiam haec thesis bono est?

ML Ehem, in hac re scilicet unam rem respicias: Vivimus aetate magnae opulentiae. Haec opulentia magna posita est in energiâ vili – praeter multas res alias, quales sunt organisatio, ingenia, capital eqs., eqs. Haec autem energia vilis plerumque comparatur ex materiis combustilibus fossilibus et quandam partem ex vi nucleari. Ex alterâ parte quadamtenus a naturâ abalienati sumus. Vivimus in magnis urbibus, quinquagenae centesimae partes generis humani interim

vivunt in magnis urbibus, et animadvertimus quidem circumiecta nostra a nobis gravari, sed dicendum est: Quo melius cives alicuius terrae se habent, eo melius se habent etiam circumiecta illorum. Haec quoque inter se cohaerent.

Solitâ condicione nemo indignaretur de uno gradu calefactionis – Berolini habemus temperaturam mediam 9 graduum, si quando habemus 30 gradus, iam gemimus, si habemus 22 gradus habemus, bene nos habemus, ergo differentia 13 graduum nobis perplacet. Quis indignatur de calefactione unius gradus, qui dicitur saeculi proximi praeteriti fuisse calefactio media.

At tamen nunc illi climatis tutores invenerunt rationem, qua hanc mutationem temperaturae perparvam adhibeant, ut concludant periculum imminere nobis omnibus, calamitatem vere magnam, quae spectet ad totum genus hominum necnon limites transgreditur – quâ ratione offeruntur possibilitates inopinatae gubernandi, vim habendi, pecuniam accipiendi. Animo fingere non potes, quot miliardae vel decuriae miliardarum euronum dolariorumve iam effusae sint ad clima investigandum et ad effectûs climatis mutatis evitandos. Conventum climatis Parisiense – quod complectitur 30 summum paginas – continet exactê tres numeros: 2 (duos) gradûs, 1,5 (unum – virgula – quinque) gradûs, 3 (tribus) annis post renuntiationem factam licet ex convento excedere. Omnia cetera non determinantur. At inscriptum est: ‚Debetis pecuniam solvere in Aerarium Climatis Viridis (*Green Climate Fund*)’. In hoc autem aerarium quotannis propter calamitatem potentialem solvendae sunt 100 miliardae dolariorum a nationibus carbonei dioxydati effectricibus, quas accipiunt terrae subevoluae. Huic autem aerario intra spatium paucorum annorum implenda erit summa annua 500 (quingentarum) miliardarum. Ea quae nobis solvenda sunt, iam huic summae insunt. Nunc finge animo, tantis summis pecuniae quam vehementer attrahantur aliquot milia casthedrarum, investigatorum, officialium administrandi, organorum vigilantiae, qui debent permittere, distribuere, recusare, prospicere. Ergo multorum hominum magni interest hoc elementum gubernandi ubique terrarum instituere – notio iam ficta est *iustitiae climaticae* – ideoque UNO (Unitarum Nationum Organisatio) vehementer cupit munera subire climatica, ut potestas sua augeatur pecuniam aliasve res

distribuendi. Conditae sunt aliquot centum magistratûs subdeputati, ut sôli effectûs Conventi Parisiensis omniumque conventorum priorum superarentur, administrarentur, disponderentur. Omnibusque eorum cooperatoribus attributa sunt autocineta officialia etc. Hae sunt causae (*quibus tam vehementer appetatur tutela climatis quae dicitur*). Nos quidem sentimus has causas esse.

JK Hoc est systema operas comparandi (*Arbeitsbeschaffungssystem*) valdê intricatum.

ML At hoc systema bene operatur, dummodo hominibus timor inicitur - hoc Ecclesia scit ex duobus milibus annorum, aliae quoque religiones hoc sciunt – necnon iisdem persuadetur redemptionem non factum iri nisi tempore futuro remoto, fortasse post aliquot centum annos post, in paradiso, i.e. nos aut victuros esse aut devictum iri. Nemo *Dominam Merkel* postea poterit in ius vocare erroris causâ, quia eadem illo tempore aut erit iam pridem emerita aut iam mortua. Ergo methodus cives terrore panico afficiendi hominibus politicis vehementer placet: Nam iidem hac methodo usi optimê possunt ea facere, quae iam semper facere cupiebant: cives vexare, urgere, expilare eaque civibus ipsis assentientibus. Quid est pulchrius?

JK Haec sonant magnam climatis conspiracyem.



Ottmar Edenhofer. Professor oeconomiae Technicae Universitatis Berolinensis et Director vicarius Instituti Effectûs Climatis Investigandi Potestampiensis (PIK).

ML Haec non est conspiratio – hoc dicere falsum est – sed est quoddam genus auto-organisationis. Imprimis Prasini¹¹, sed ceteri

¹¹ Präsini, -ōrum m.pl. theod. *Partei der Grünen*, angl. *Green Party*. pars politica.

quoque omnes, qui ideas Prasinorum sequuntur, cognoverunt, quam mirabiliter haec methodus apta esset ad res assequendas, quae nullo prorsus modo ad clima spectant. Exemplum afferam *Domini Edenhofer*. Qui ante nonnullos annos, ante *conventum Cancoonense*, interrogatus est: ‚Quidnam est hoc, quod tu ibi facis?‘ Idem autem respondit: ‚Tutela climatis ferê nullo modo spectat ad tutelam circumiectorum. De nullâ re agitur nisi de pecuniâ, quae a nationibus divitibus distribuitur pauperibus‘. De hac re agitur.

JK Nonne nationes pauperes vexantur his scopis¹² sibi praeceptis? Quos ipsae assequi non possunt. Sic saltem diu publicê dicebatur.

ML Mutationes climatis, quas omnes nationes patiuntur aut experiuntur, fiunt. Sive in Africâ Orientali est siccitas sive in regione Arabicâ, talia veniunt et abeunt. Siccitates decenniorum transactorum saeculorumve si perquisiveris, animadvertes tales hodie potius rariores esse quam illis temporibus. Idem licet dici de omnibus tempestatis extremae generibus. Scilicet plures pluresque homines talibus calamitatibus affici; numerus affectorum absolutus deminuitur, sed damna universa fiunt maiora. Multi homines, praesertim in terris subevoluitis, domos suas secundarias sive habitacula secundaria aedificant in litoribus marium, ibidem fiunt inundationes, quibus plura damna oriantur. Ergo damna augentur, sed numerus tempestatum extremarum deminuitur. Nec sunt homines clima fugientes. Scilicet multas res fieri calamitosas. Hôc tempore multas res huiusmodi experimur. Africa vehementer talibus res afficitur, sed non quia clima ibi est aliud ac apud nos, sed quia ibi nimis multi homines sunt neque nos possumus Africanos ex istis miseriis servare neque Africani ipsi. Nunc dicitur isto *aerario climatis*¹³ dicitur fieri posse, ut terrae minus evolutae carboneo et oleo gasoque terreno renuntient illorumque loco adhibeant energias renovabiles. At reverâ terrae minus evolutae hôc aerario capiuntur tamquam decipulâ. Itaque tales terrae non participant aerarium climatis. Res publica Germaniae foederalis proclamat quidem Chinam esse sui magnam sociam climaticam, sed ---

JK Hoc volui exemplum afferre –

¹² scopus, -ī m. orig. *Ziel*. sensu metaphorico: CASSIAN.coll.1,5 nos ad hunc scopum dirigere...

¹³ aerarium climatis *Klimafonds*; angl. *climate fund*.

ML China nequaquam promisit se alicui rei renuntiaturam esse. Chineses omni septimanâ – aut alterâ quâque septimanâ – expediunt novam electrificinam carbonariam aedificatam, ante annum 2030. Deinde deliberabunt, num deminuant talem energiam adhibendam. Hodie Chineses iam sunt totius mundi maximi carbonei dioxydati emissores.



**Ecce Xi Jinping praeses Chinae a.2015 exeunte
in conferentiâ climatis Parisiensi orationem habens.**

Indi etiam callidiores sunt. Hic populus 1,3 miliardarum hominum urgender eget energiâ vili, itaque dicunt: *‘Carboneo utamur, omni pretio’*, itaque Australiani modo aedificant portûs ingentes, e quibus carbo in Indiam transportatur – sed addunt: *‘Tamen participes sumus aerarii climatici. Primo enim a vobis accipiemus miliardas – itaque ille Narendra Modi praeses Indiae modo hîc fuit – et deinde nihil promittimus nisi nos aucturos esse efficientiam nostram energiae adhibendae, sed dimidiam tantum partem eius, quod iam sumus assecuti’*. Ergo terrae subevoluae maiores aut terrae liminares¹⁴, qualis est China et ceterae omnes, ne somnio quidem cogitant renuntiare alicui energiarum, sed scilicet eas libenter sperare se accepturos esse aliquot centum miliardas ex aerario climatico aliisque fontibus sibi dandas - et eas accipient!

¹⁴ terra liminaris theod. *Schwelienland*; angl. *emerging country*.

JK Quidnam accideret, si nos – nunc loquor specialiter de Europâ, quia tu dicis ceteras nationes non verê operam dare climati tutando aut saltim non in tempore proximo – quidnam accideret, si Unio Europaea renuntiaret scopis climatis tutandi?



Narendra Modi praeses Indiae et Xi Jinping praeses Chinae

ML Omnino nihil accideret. Nihi accideret de climate. Nec sic nec aliter. Si ista insania (*i.e. hypothesis mutationis climatis anthropogenaе, adn. interpretis*) vera esset, temperatura terrae media augeri posset nonnullis partibus centesimis, aliquando post centum annos, si quidem ista hypothesis aliquatenus est recta. Si non est vera, etiam nihil accidet. At si praecepta tutorum climatis secuti erimus, nos ipsos reddemus *inhabiles competitionis oeconomicae*¹⁵. Infirmabimur, multas partes industriae nostrae delebimus, praesertim industriae, quâ multum energiae consumitur, ideoque delebimus multos locos operandi. Manifestum est, quid factum sit de magnis negotiatoribus energiae comparandae, qui habent aliquot centum milia *cooperatorum valores parientium*^{16*} – quos nunc coguntur ut gregatim dimittant, quia nullam iam pecuniam accipiunt carbone aut gaso aut fluento atomico. In locum autem huius industriae supponitur infrastructura decentralis, quam construere operae pretium non est, quia numquam erit satis efficax.

¹⁵ inhabilis competitionis oeconomicae theod. *wettbewerbsunfähig, konkurrenzunfähig*; angl. *uncompetitive*.

¹⁶ valores pariens theod. *wertschöpfend*; angl. *value-adding*.

JK At unde scis tales energias numquam factum iri efficaces? Scio quidem energiam solarem in Germaniâ esse thema aliquatenus difficile – ad unde scimus eandem numquam fore efficacem? Nonne necesse est pecuniam collocare in novis technologiis evolvendis?



Ecce area aeolica




Ecce area solaris

ML Non credo fieri miracula. At necesse esset miracula fieri, si terra industrialis sat certê satque viliter ali posset energiis venti et sôlis. Certê scis ventum flare, quando ipse, non homo velit. Ut exemplum afferam: Mense Ianuario per decem dies neque ventus flavit neque sol splenduit. Talis condico appellatur *malacia tenebrosa*¹⁷. At illo tempore eguimus magnâ copiâ fluenti electrici. Itaque pro illis energiae fontibus necessarium fuit adhibere ingratas electrificinas

¹⁷ malacia tenebrōsa theod. *Dunkelflaute*.

nucleares et carbonarias et gasicas, quae erant expediendae, ut suppeditarent fluentum electricum. Tales condiciones evitari non possunt. Secundo loco: Tres illae energiae renovabiles, quae pariuntur ex biomassâ et sole et vento, densitate sunt perquam parvulâ. Si apricaris, nihil peius patieris quam erythema solare¹⁸. At manumingere fornaci carbonariae: hoc semel tantum facies et postea non multum manûs relinquetur. In illis autem (*sc. fontibus energiae renovabilis*) energia, quae vim habet ad unitatem arealem, est perparvula. Itaque ad illos fontes adhibendos necessariae sunt areae ingentes, quales sunt *areae aeolicae*¹⁹, *areae solares*²⁰, monoculturae plantarum energeticarum – quae densantur, quod est valde sumptuosum valdeque carum, ut energia ex iis pariatur. Deinde exoritur altera difficultas: Fluentum electricum enim recondi non potest. Inde oriuntur labores et molestiae ingentes, quibus efficiantur sumptus enormes, qui evitari non possunt. Tum addas conditoria – licet invenias conditoria, quae sint gradu efficientiae 50% (quinguagenarum centesimalium), fortasse 60% (sexagenarum centesimalium), tamen tibi in initio plus energiae indendum est quam postea accipies. Necnon necessaria sunt conditoria ingentia. Conditoria tam ingentia non exstant. In Germaniâ quotannis consumuntur sescentae teravattihorae²¹.



Ecce electricina antliata

¹⁸ erythēma sōlāre theod. *Sonnenbrand*; angl. *sunburn*.

¹⁹ ārea aeolica theod. *Windpark*; angl. *windpark*; fr.

²⁰ ārea sōlāris theod. *Solarpark*

²¹ *teravatihora, -ae f. theod. *Terawattstunde*.

Malaciâ tenebrosâ per decem quindecimve dies durante, si vellemus nullâ energiâ ûti nisi conditâ, egêremus ingenti copiâ conditoriorum²² – hoc aliquando calculando invênimus – Germaniae electrificina antliata²³ omnium maximum (nullâ methodo aliâ tam bene energia conditur), nomine *Goldisthaliense*, situm est in Thuringiâ. Talis electrificina antliata sic operatur: Sumas fluentum electricum, quo aquam antliâ transportas in lacum superiorem; si fluento electrico eges, sinas aquam per tubos et *phalangas turbinales*²⁴ defluere, ut iterum parias fluentum electricum. Talia conditoria antliata sunt gradu efficientiae fortasse 75% (septuagenarum quinarum centesimalium). Talia exstant ex centum ferê annis. Goldisthaliensi autem illâ electrificinâ antliatâ non plus electricitatis condi potest quam 8 (octo) gigavatihorae. At egemus milies tanto, i.e. egemus milies aut bis milies tanto, quantum conditur in electrificinâ antliatâ Goldisthaliensi. Quae constitit 600 milionibus euronum, aedificata est per 15 annos, praedispositum per 30 annos. Etsi essent loca sat spatiosa ad tot electrificinas aedificandas, tamen nobis non esset pecunia sat multa. Pretium esset aliquot bilionum ad sôla conditoria construenda. Quaero ex me: Quem ad finem? Ego hoc nolo. Si quis hodie aut cras veniet et dicet: *„Aliquid mirabile mihi in mentem incidit, idea excellentissima, habeo systema cyclicum energiae pariendae bellissimum, quod spectat ad calorem, transportationem aut fluentum electricum, et conabor idem vendere. Quod est melius aut vilius aut utrâque qualitate praestat’* – quidni? Scilicet tale systema novum comprobabimus!

At systematis energiae comparandae praebitores oportet ne tumultuentur, si quis dicit: *„Nolo cogi, ut emam hoc fluentum electricum, etiam minus nolo idem emere pretio nimis magno, sed volo pro hâc fluento eum pecuniam solvere, qui credat hoc systema esse bonum et aptum.’* Vis nuclearis est solutio problematis excellentissima²⁵, sed si quis mâne sive perendie solutionem praebuerit aliam – quidni eandem comprobabimus? Quâ nemine offendetur. Oportet res diiudicetur mercatu.

²² conditôrium, -iī n. theod. *Speicher*; angl. *storage*.

²³ *ēlectrificīna antliāta [2. antliātus cfr Dictionarium Scoto-Celticum: A Dictionary of the Gaelic language. Ed. Vol.II, Edinburgh/London a.1828, p.207: “A draw-well: puteus antliatus.”]. theod. *Pumpspeicherkraftwerk*; angl. *pumped storage hydro power station, pumped-storage power plant*; fr. *centrale de pompage-turbinage*; hisp. *central de bombeo, unidado de acumulaci3n por bombeo*; ital. *centrale ad accumulazione con sistema di pompaggio*.

²⁴ phalanga turbinālis theod. *Turbine*; angl. *turbine*. [cfr Egger, Latinitas 78,56].

²⁵ verbatim: „*ne phantastische Lösung*“. At de energiâ nucleari adhibendâ alii aliter sentiunt!

JK Quidnam opinaris de energiâ efficacius tractandâ, de circumiectionum contaminatione? Nam hae res (a climatis tutandi recusatoribus) videntur minus respici. At eadem nonne etiam spectant ad tutelam climatis?



Vaclav Klaus praeses quondam Tsechiae

ML Nequaquam. Per errorem dicitur circumiectionum contaminatio spectare ad tutelam climatis.

JK Sed talis cohaerentia nonne hominibus suggeritur?

ML Suggestitur, idque contingit. At reverâ nulla est cohaerentia. Profecto nemo, qui sit sanâ mente, reprobatur tutelam circumiectionum. *Vaclav Klaus* hoc aliquando lepidis verbis expressit: *‘Nemo, qui sit sanâ mente, mingit in stagnum, ex quo haurit aquam suam potoriam.’* – Hoc est prorsus manifestum. Nos tutelam circumiectionum valdê comprobamus. At dicimus tutelam climatis nullo modo spectare ad tutelam circumiectionum. - Delibera: Quidnam est clima? Clima sunt – ut definitur ab organisatione meteorologiae mundanâ – data tempestatis statistica per minimum triginta annos, melius sexaginta aut plures annos inventa.’ – Ergo agitur de tempestate locali, de datis tempestatis. Is autem, qui vult clima tutari, debet primo – secundum illam rationem logicam et hanc definitionem – tutari tempestatem. Feliciter factum est, ut usque nunc in neminis mentem veniret ista idea stulta – sed consentaneum esset, ut hoc fieret. Ergo tutela climatis est idea absurda. Necessarium est nos ipsos protegere a climate – nisi hoc

faceremus, nostris in regionibus vivere omnino non possemus. Hoc quoque verum est. Ergo clima si mutatur, oportet nos ipsos accommodemus, non oportet evitemus aliquas substantias, quas mundo ingessimus. Mercatu fit efficientia, i.e. efficax fit, qui habet competitores. Exemplo sumas siderurgias sive officinas chalybarias²⁶: Chalybarii, ut producant unam tonnam chalybis, necesse habent certam copiam carbonei dioxydati emittere. Iidem, quia volunt producere in Germaniâ terrâ pretiorum magnorum, necesse habent sumptûs suos deminuere, quantum hoc fieri potest ratione physicâ chemicâque. Chalybariis curandum est, ut quam minimum emittant carbonei dioxydati. Nunc postulatur, ut hanc emissionem etiam deminuant. At hoc fieri non potest ratione physicâ. Ergo chalybarii coguntur, ut a productione desistant.

Praeterea tutores climatis simulant se invenisse ideam magnam atque novam praedicantes efficientiam esse augendam. At si quis praebitor est efficax ideoque commodum habet competitionis, tamen consumptus mercis augetur, quia plures pluresque homines emere possunt productum vilius factum. Cogita de autocinetis. Priora autocineta circiter vicensas litras benzini consumpserant, sed tam pretiosa fuerant, ut a vix quoquam possent emi; e contrario hodie in republicâ Germaniae foederali habemus quadraginta miliones autocinetorum, quorum quodque per medium circiter octo novemve litras consumit. Ergo efficientia aucta superatur consumptu multo plus exaucto, quia productum magis magisque emitur adhibeturque. Itaque inde sequitur problema climatis (si quod esset) solvi non posse efficientiâ exauctâ.

JK Ergone commendas, ut Germania a ratione politicâ climaticâ prorsus desistat?

ML Id plurimum commendo. Germania ab istâ re desistat melius hodie quam cras. Procul dubio. In climate tutando si perseveraverimus, quadamtenus equitabimus per miseriam. Necnon notum est (hoc iam noverunt *Napoléon Bonaparte* et *Winston Churchill*) Germanos, quodcumque animum induxerunt, id pertractare usque ad finem quamvis dolorosissimum – si in climate tutando

²⁶ officîna chalybâria i.q. theod. *Stahlwerk*. [cfr Scheller 1789, 2064]. angl. *steelwork*.

perseveraverimus, nos ipsos habebimus pessimê atque miserrimê – quod hîc tempore, quo bene nos habemus, parum fide dignum esse videtur, sed exspectandum est sic factum iri. Repulsam accipiemus oeconomicam, superabimur ab omnibus competitoribus – Sinenses laetissimê cachinnant, quod nos deruncinati²⁷ non solum subscripsimus Convento Parisiensi, sed etiam Consilium Climatis Tutandi anni 2050²⁸ decretum annuntiavimus (ita ut *Donaldus Trump* decreta sua annuntiat) – quo praescribitur, ut usque ad annum 2050 (bis millesimum quinquagesimum) emissiones carbonei dioxydati nostras deminuamus usque ad 20% (vicenas partes centesimas), i.e. ad tantulam emissionem, quantula hodie fit solâ ex agriculturâ.

HAEC DIXIT MICHAEL LIMBURG (EIKE) A IASMINA KOSUBEK INTERROGATUS



²⁷ orig.: „die Chinesen lachen sich schief, dass wir ihnen auf den Leim gegangen sind“.

²⁸ theod. *Klimaschutzplan 2050*. cfr <http://www.bmub.bund.de/themen/klima-energie/klimaschutz/nationale-klimapolitik/klimaschutzplan-2050/> „Am 14. November hat das Bundeskabinett den Klimaschutzplan 2050 beschlossen. Es ist das erste Regierungsdokument, das den Weg in ein weitgehend *treibhausgasneutrales Deutschland* im Jahr 2050 aufzeigt. Der Plan enthält erstmals Klimaziele für einzelne Wirtschaftszweige und gibt so eine konkrete Orientierung für strategische Entscheidungen in den nächsten Jahren“.

ECCE LIBRI LEONIS LATINI

Permittas, quaeso, ut nuntium adiungam minus gratum: pretia discorum, qui a Leone Latino praebentur vendendi, ex decennio (sic!) non exaucta - proh dolor – nunc valdê augenda sunt (denis euronibus). Interim enim cum pretia materiarum quoque multo exaucta sint, tum praecipuê disci libellique discis subiungendi non conficiuntur neque involvuntur nisi magno cum labore.

Restat, ut afferam titulos pretiaque librorum typis impressorum, qui hōc tempore apud Leonem Latinum prostant venales:

- | | |
|---|---------|
| 1) CRABATUS (Otfried Preußler, Krabat)..... | 49,00 € |
| 2) FRAGRANTIA (Patrick Süskind, Das Parfum)..... | 42,00 € |
| 3) RECITATOR (Bernhard Schlink, Der Vorleser)..... | 45,00 € |
| 4) HOTZENPLOTZIUS (Otfried Preußler, Der Räuber Hotzenplotz)..... | 25,00 € |
| 5) ARANEA NIGRA (Jeremias Gotthelf, Die schwarze Spinne)..... | 22,00 € |

PARVUS NICOLAUS (René Goscinny, Le Petit Nicolas) non êditur in domunculâ Leonis Latini, sed in Aedibus Turicensibus, quae appellantur «Diogenes».

GLOSSARIUM FRAGRANTIAE et PERICULA BARONIS MYNCHUSANI – proh dolor! – sunt divendita. Utinam nobis contingat, ut aliquando edantur iteratis curis.

Habeas nos excusatos, quod situm interretialem (i.e. anglicê »website« nondum restauravimus novaque pretia ibidem nondum indicavimus.

Ceterum, cara Lectrix, care Lector, bene scias oportet Leonem Latinum non esse megalopolium, quo – ut ita dicam - rapidissimê eiectantur multae myriades librorum vilissimae, sed domunculam potius virtuaalem quam realem, in qua creantur κειμήλια, id est res parvae et rarae et carae. Res parvae enim sunt disci compacti aut libelli typis editi palmares; rarae sunt editiones, quae centuriam tantum complectantur exemplorum; carae sunt hae res omnes, quia cordi sunt Leoni Latino recordanti horas illas innumeras, quibus operam dedit illis creandis.

Cara Lectrix, care Lector, utinam omne opusculum a Leone Latino confectum sit Tibi KTHMA EΙΣ AEI.

INDEX DISCORUM LEONIS LATINI

NR	Num. mand a- telae	ISBN	TITULUS	AUCTOR	TRANS- LATOR	ANNUS	FORMA	AMPLI- TUDO	PRE- TIUM
1	00104	978-3-938905-00-5	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA	Anonymu s (Old Indian)	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
2	00104 A	978-3-938905-15-9	FABELLA TEXTORIS VERSUTI PALAEOINDICA- Libri audibiles	Anonymu s (Old Indian)	Nikolaus Gross	2005	Audio	21 min.	€ 22,90
3	00204	978-3-938905-01-2	TRES FABULAE EDGARII ALLANI POE: CATTUS NIGER - RANUNCULUS - PUTEUS ET PENDULUM	Edgar Allan Poe	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	33 pp.	€ 27,50
4	00304	978-3-938905-02-9	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	6 pp.	€ 17,90
5	00304 A	978-3-938905-16-6	ANECDOTA REI PROXIMO BELLO BORUSSICO FACTAE -Libri audibiles	Heinrich von Kleist	Nikolaus Gross	2004	Audio	6 min.	€ 20,90
6	00404	978-3-938905-03-6	MEMENTO MORI	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
7	00404 A	978-3-938905-17-3	MEMENTO MORI – Libri audibiles	Alexander Saxon	Nikolaus Gross	2005	Audio	20 min.	€ 21,90
8	00504	978-3-938905-04-3	DE CRAMBAMBULO	Marie von Ebner- Eschenba ch	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	14 pp.	€ 19,50
9	00604	978-3-938905-05-0	DE DINOSAURIS	Nikolaus Gross	-----	2004	CD- ROM pdf	16 pp.	€ 19,00
10	00704	978-3-938905-06-7	SUDATORIUM VENERIS	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	11 pp.	€ 19,50
11	00804	978-3-938905-07-4	PERICULUM FRANCISCI	Diogenes Anaedoeu s	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,90
12	00904	978-3-938905-08-1	NUPTIAE ABDERITANAE	Bertolt Brecht	Nikolaus Gross	2004	CD- ROM pdf	21 pp.	€ 22,00
13	01004	978-3-938905-09-8	TESTAMENTUM REYNERI BERLBYN	Henricus van den Lande de	-----	2004	CD- ROM pdf	7 pp.	€ 17,50

				Raelt					
14	01104	978-3-938905-10-4	DE SANCTO NICOLAO DEQUE VIRO NATALICIO	Nikolaus Gross	-----	2004	CD-ROM	21 pp.	€ 22,00
15	01204	978-3-938905-11-1	FABELLAE GRIMMIANAE 1	Jacob Grimm/ Wilhelm Grimm	Nikolaus Gross	2004	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
16	00105	978-3-938905-12-8	ROMULUS MAGNUS	Friedrich Dürrenmatt	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	49 pp.	€ 31,90
17	00205	978-3-938905-13-5	DE THILO CUSTODE FERRIVIAE	Gerhart Hauptmann	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	28 pp.	€ 24,90
18	00305	978-3-938905-14-2	HISTORIA AGATHONIS (LIB.1)	Christoph Martin Wieland	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	15 pp.	€ 19,50
19	00405	978-3-938905-19-7	WERTHER IUVENIS QUAE PASSUS SIT	Johann Wolfgang von Goethe	Nikolaus Gross	2005	CD-ROM pdf	82 pp.	€ 38,90
20	00505 A	978-3-938905-22-7	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 1 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	40 min.	€ 21,90
21	00605 A	978-3-938905-18-0	SOMNIUM SCIPIONIS A CICERONE SCRIPTUM – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2005	Audio	30 min.	€ 20,90
22	00705 A	978-3-938905-23-4	CAESARIS BELLUM GALLICUM 1 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2005	Audio	55 min.	€ 22,90
23	00106	978-3-938905-21-0	AUTOBIOGRAPHIAE LATINAE	Nikolaus Gross	-----	2006	CD-ROM pdf	87 pp.	€ 48,00
24	00206	978-3-938905-20-3	DISQUISITIO CHEMICA ACIDULARUM BERGENSIUM ET GOEPPINGENSIVM	Karl Friedrich Kielmeyer	Nikolaus Gross	2006	CD-ROM pdf	66 pp.	€ 38,00
25	00306 A	978-3-938905-24-1	CAESARIS BELLUM GALLICUM 2 – Libri audibiles	C.I. Caesar	-----	2006	Audio	61 min.	€ 22,90
26	00406 A	978-3-938905-25-8	CICERONIS ORATIONES IN CATILINAM HABITAE 2 – Libri audibiles	M.T. Cicero	-----	2006	Audio	41 min.	€ 21,90
27	00506 A	978-3-938905-26-5	EPISTULAE A SENECA AD LUCILIUM SCRIPTAE 1 – Libri audibiles	L.A. Seneca	-----	2006	Audio (2 CDs)	88 min.	€ 27,90
28	00107 A	978-3-938905-27-2	ASINUS AUREUS AB APULEIO SCRIPTUS	Apuleius	-----	2007	Audio	55 min.	€ 23,90
29	00207	978-3-	OBSIDIO SAGUNTI A	Livius	-----	2007	Audio	53 min.	€ 23,90

	A	938905-28-9	T.LIVIO DESCRIPTA						
30	00307	978-3-938905-29-6	FABELLAE GRIMMIANAE II	Jacob Grimm/ Wihelm Grimm	Nikolaus Gross	2007	CD-ROM pdf	58 pp.	€ 32,90



**CARA LECTRIX, CARE LECTOR, BENE VALE,
USQUE AD SEPTIMANAM PROXIMAM !**

**HANC EPISTULAM LEONINAM
CENTESIMAM UNDEQUADRAGESIMAM**

SENDEN IN OPPIDULO BAVARIAE SUEBICAE PERFECIT

die Saturni, 12. m.Aug., a.2017

Nicolaus Groß

LEO LATINUS

<http://www.leolatinus.de/>